Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



iabin intor rente
cison 7

Endor · id est fons generationis, facti sunt ut stercus terrae · dum cadauera eorum corporali putredine soluerentur 7

Dispererunt in endor · facti sunt ut stercus terrae 7

Pone principes eorum sicut oreb · ⁂ & : zeb & zebee & salmana 7

Oreb · foramen in quod coluber ingreditur, zeb · lupus, zebeae uictima · siue hostia scilicet diaboli, Salmana · perfectus in malitia, haec omnia exercitui optat antichristi · qui nulla conuersione saluandi sunt 7

Isti superius nominati dixerunt, Possideamus scuarium · id est populum xpianum, sed non perfecerunt · quia dns pugnabat pro populo suo 7

Omnes principes eorum · qui dixerunt ÷ hereditate : possideamus scuariu di 7

Ds meus pone illos ut rotam · sicut stipulam ante faciē uenti 7

Impii enim dum mala cogitatione uoluuntur · rotis fiunt similes · non habentes ulla fundamenta in bonis actibus, Sicut stipulā · ut leuitas peccantium quasi uento meabili transferatur 7

Ignem quoque et flammam posuit · ut tempus iudicii quando siluae densissimae peccatorum · et montes superbiae · concremabuntur 7

Sicut ignis ÷ qui comburit siluam · sicut flamma comburens montes 7

Ita persequeris illos in tempestate tua · & in ira tua turbabis eos 7

Ita persequeris eos · respicit ad illa quae superius dixit · ut sic debeant exterminari · quem ammodū comparationem ante factae commemorant, In tempestate · hoc est iudicii tempore · quod tempestati merito comparatur · primum quia inprouisum ē, dein · quod subito frangore conturbat, Sepe diximus irā diuinitati n̄ posse cgruere · sed ab hominib · tractum ē · quando scelerator iudicant · irato animo mouebuntur 7

Tunc conuertitur ad illos · qui sunt dno credituri, nam illorum facies impletur ignominia · qui peccatorū suorum non inuenerunt laudatores, et statim quaerunt inuocare nomen dni 7

Imple facies eorum ignominia · & quaerent nomen tuum dne 7